ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

Pl. Nobiliss.e Ampliss.e & Prudentiss.e D.e,

Vix D. Martinius sub excursionem ita hac mihi valedixerat, cum indiculus forte ab amicis Amstelodamo ad me mittitur, rerum a D.re Paludano Enchusanorum dum viveret Medico operosè congestarum, quas hæredes ad Calendas Augusti Mensis proximas auctionabuntur. Exspectabam ego plenum ordinum numerorumq; τῶν κειμηλίων indicem, ut scirem num antiquaria supellex, levi mihi olim oculo nec satis visa, quæ bonam partem Noviomagi eruta est, eiusmodi sit, cui me spectatorem aut licitatorem inferre debeam: Sed paucos tantum rerum titulos inveni, atq; inter illos unum Armorum variarum nationum; ut arma legi, in mentem mihi venit Heros ille, qui te præsente apud me in arma Romanorum inquirebat. Scis quid velim. An illic forte sit, quod illum armorum arbitrum afficiat? Memorem puto moneo, et lucem Soli fœneror: Sed tua benevolentia multis mihi experimentis abundè testata, ut hanc mihi confidentiam ingessit, ita eadem huius suggestionis gratiam spero faciet. De Wilsenianis quæ jam paulò quam pridem remissius urgeo. nullum ab aliquo retrò tempore nuncium, neq; ad litteras meas responsum accepi. Quando certi quid erit, eius te mox participem faciam. Vale Vir Nobiliss.e, et fave

N. T. addictiss.o

Smith

Scrib: Noviomagi 17/27 Jun:
A.o 1634.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Smith) 3
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/939

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Smith) 3
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/939

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Smith) 3
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/939

A Monſieur

Monſieur Huygens
Seigneur de Suylecom, Conſeiller
et Secretaire de Monſeigneur
le Prince d'Orange
a la
Haye.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Smith) 3
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/939